Choienski

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Loransensibus personaliter
Nobilis Michael olim Joannis Choienski de Choiane antiqua [illegible]
sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit Quia
Nobili Jacobo Choienski filio suo legitimo et ipsius successoribus de omni et
integro iure suo seu inscriptione certa sibi competenti et Nobili Jacobo olim
Martini Choienski super bona Choiane Trzecij Coram Actis praesentibus
feria 4ta post festum Circumcisionis Christi Domini in Anno Millesimo
Sexcentesimo Quinquagesimo [illegible] summa Viginti septem florenorum modo perpetuae ven-
ditionis per Nobilem Mathiam olim Joannis Choienski de Choiane Trzecij
facta et recognita Quantum pro interesse [illegible] spectat eidem filio suo cum
omnimoda potestate eiusmodi inscriptionis sua [illegible] parata possessione tuitione, evictione
et legamentis in originali inscriptione contentis cedit et condescendit. Omne et
integrum ius suum sibi ad praemissa serviens in personam eiusdem filij sui
et successorum ipsius plenarie transfert et transfundit. Intromittens illi ex
nunc cum pacifica possessione per Nobilem et Nobiles duos acceptandae admittendo
salvis in seminatis hyemalibus in eisdem bonis per se recognoscentem satis sibi reservatis.

Choiane antiqua Donatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Loransensibus personaliter comparens Nobilis
Michael olim Joannis Choienski sanus mente et corpore existens palam
publice ac libere recognovit Quia Nobili Paulo olim Martini Choienski
de Choiane antiqua heredi et ipsius successoribus Omnia et singula bona sua
Mobilia et immobilia in hereditate Choiane antiqua consistentia haereditaria
quaesita et devolutiva se ~~concernentia~~ post parentem suum et alias quas-
cunque personas modis quibus et quovis titulo spectantia et concernentia cum areis
hortis agris pratis campis sylvis borris rubetis aquis stagnis piscinis sepibus
atque aedificiis et in seminatis hyemalibus et gratis omnibus utilitatibus fructi-
bus proventibus attinentiis et pertinentiis Nullis exceptis dedit donavit inscri-
psit et in perpetuum assignavit. Cui iam ex nunc intromittendi realem cum
pacifica possessione per Nobilem et Nobiles duos officio acceptandam dat et
admittit. Submittens se de omnibus bonis cum successoribus suis Memoratum
Donatarium suum et eius posteros ducere [illegible] evictionem ab omni impedimenti
vindicatione quarumvis personarum propinquarum et remotarum per omnes
jurisdictiones Tribunalis toties quoties opus et Necessarium fuerit tueri defendere
evincere intercedere pacificare seque per se et per submissa aliquam per-
sonam non minuere Sub damnis omnibus [illegible] taxatis et commendatis
Et Coram officio praesenti in primo termino peremptorio [illegible]
Omnibus in universum iuris remedijs et defensis [illegible]
tam etiam de iure concessibilibus [illegible]